



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Institutiones Canonicae Sive Ius Ecclesiasticum

Wiestner, Jacob

Monachii, 1705

Approbatio Facultatis Theologicae Dilinganae.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-62620](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-62620)

APPROBATIO
FACULTATIS
Theologicæ Dilinganæ.



Pus, cui Titulus Institutiones Canonicae, à R. P. J. **W** I E S T N E R Soc. JESU SS. Theologiae & SS. Canonum Doctore & horum olim Professore publico & ordinario conscriptum & in quinque Libros distinctum, nostra non eget approbatione, aut commendatione: sed, ut JCT.º l. i. ff. de *In integr. restit.* loquitur, seipsum commendat, suaque præstantiâ sibi fit encomium, ad insigne Almæ Universitatis, quam Autor doctrinâ suâ compluribus annis illustravit, decus & ornamentum, publicam rei Literariæ utilitatem, omniumque Jurisprudentiæ Ecclesiasticæ cultorum, seu in Schola seu in Foro versantium instructionem perennaturum. Nihil in eo Fidei & Morum Regulis dissentaneum: omnia SS. Pontificum Decretis, Cæsarum Legibus, Juris-Consultorum præstantissimorum sensui consona, methodò tam ordinatâ digesta, eruditione tam copiosâ referta, singulari judiciò ita perfecta; ut ex merito attestemur verbis D. Ambrosii 1. *Hexamer. cap. 7. Plus in eo est, quod probetur aspectu, quàm quod sermone laudari possit; suò enim utitur testimonio, non suffragio alienò.*

MATHÆUS DRATTENBERGER,
Soc. JESU SS. Theologiæ Doctor,
Universitatis Cancellarius m. p.

FACUL-